Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

holocaustum et libamenta non
suscepisset neque ostendisset nobis
hec omnia et que sunt ventu
ra dixisset. peperit itaque filium
et vocavit nomen eius sampson.
Crevit que puer et benedixit ei do
minus cepit que spiritus domini
esse cum eo in castris dan inter
saraa et esthaol. XIIII
Descendit igitur samp
son in thamnatha vidensque
ibi mulierem de filia
bus philistiim ascendit nunti
avit patri suo et matri dicens
Vidi mulierem in thamnatha de
filiabus philistinorum quam queso
ut michi accipiatis uxorem.
Cui dixerunt pater et mater sua
Numquid non est mulier in fili
abus fratrum tuorum in omni
populo meo. quia vis accipere
uxorem de philistiim qui incircum
cisi sunt. Dixitque sampson ad
patrem suum. hanc michi acci
pe quia placuit oculis meis. pa
rentes autem eius nesciebant quod
res a domino fieret et quereret occa
siones contra philistiim. Et cum
philistiim dominabantur israheli. Des
cendit itaque sampson cum patre
suo et matre sua in thamnatha. Cum
que venissent ad vineas oppidi appa
ruit ei catulus leonis sevus rugi
ens et occurrit ei. irruit autem
spiritus domini in sampson et di
laceravit leonem quasi edum in
frusta decerpet nichil omnino ha
bens in manibus et hoc patri no
luit indicare. Descendit que et lo
cutus est mulieri que placuerat
oculis eius. Et post aliquos dies
revertens ut acciperet eam declina
vit ut videret cadaver leonis
et ecce examen apium in ore leonis
erat ac favus mellis quem cum
sumpsisset in manibus come
debat in via. veniensque ad pa
trem suum et matrem dedit eis
partem qui et ipsi comederunt. nec
tamen eis voluit indicare quod
mel de ore leonis sumpserat. Des
cendit itaque pater eius ad mulie
rem et fecit filio suo sampson con
vivium sicut enim iuvenes fa
cere consueverant. Cum igitur
cives loci illius vidissent eum
dederunt ei sodales .xxx. qui essent
cum eo quibus locutus est samp
son. proponam vobis problema.
quod si solveritis michi intra .vii.
dies convivii dabo vobis .xxx. sin
dones et totidem tunicas. Si autem
non potueritis solvere vos dabi
tis michi .xxx. sindones et eiusdem
numeri tunicas. Qui responderunt
ei propone problema ut audiamus
Qui dixit. de comedente exivit ci
bus. et de forti egressa est dulcedo
nec potuerunt per tres dies proposi
tionem solvere. Cumque advenisset di
es septimus dixerunt ad uxorem
sampson. blandire viro tuo ut
indicet aliquid quid significet
problema quod si facere nolueris
incendemus te et domum patris
tui. An idcirco nos vocastis ad nup
cias ut spoliaretis. Que fundebat
apud sampson lacrimas et que
rebatur dicens odis me et non
diligis idcirco problema quod